- Cardinales sine licentia Romani Pontificis à Statu Ecclesiastico recedentes, quas poenas incurrant, *ibidem §. 2.*
- Cardinalium visitationi Apostolicæ deputatorum facultates, *Vide in verbo Visitatio.*
- Cardinales Archiepiscopos, eorumque Vicarios Patriarchalium trium Ecclesiarum Urbis Divinis Officiis in eisdem Ecclesiis interesse voluit *Alex. VII. const. 31. proæm. p. 50.*
- Cardinalium Prælatorum, & aliorum Officialium Romanæ Curie exemptiones non comprehenduntur sub revocatione, sed reducuntur ad jus commune, *Alex. VII. const. 25. §. 5. pag. 43. Clemens IX. const. 17. §. 7. pag. 257. & 258. & Clemens X. const. 21. §. 7. pag. 310.*
- Cardinalium privilegia testandi de bonis, & emolumentis Ecclesiasticis etiam ad fructus inconsumptos, vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos extendit *Clemens IX. const. 19. §. 1. pag. 260.*
- Cardinales in eorum promotione quid solvere teneantur Magistris Cæremoniariarum, *Clemens IX. const. 29. §. 2. & 3. p. 276.*
- Carmelitæ Fratres.*
- Carmelitæ Fratres Calceati in Belgio, & Sicilia habitum mutarunt, & se Carmelitas Reformatos S. Theresiæ vocari fecerunt, *Urbanus VIII. const. 164. §. pag. 244.*
- Et id hic eis prohibetur addita poena hujus suæ temeritatis, scilicet excommunicationis majoris lætæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, *ibid. §. 2.*
- Atque quoad illorum Superiores etiam suspensionis ab officiis per eos obtentis ipso facto poenis incurrendis, *ibidem.*
- Carmelitæ Fratres Calceatis gestantibus habitum S. Theresiæ in Belgio, & Sicilia terminus assignatur ad illum dependendum, *ibidem §. 3.*
- Carmelitarum converforum pro Novitiis conventus aliquot designat *Urbanus VIII. const. 183. §. 2. p. 261. & seqq.*
- Carmelitæ Fratres absolutis studiis Sac. Theol. Lauream in Collegio S. Theresiæ Salamantin. suscipere possunt *Urbanus VIII. const. 192. §. 1. pag. 275.*
- Carmelitarum Capituli generalis decretum primitivæ observantiæ de Monialibus supernumerariis approbavit *Urbanus VIII. const. 314. §. 2. & 3. pag. 403.*
- Carmelitarum Prior Generalis Doctoratus Lauream conferendi Fratribus ejusdem Ordinis in Collegio Sanctæ Mariæ Transpontinæ de Urbe facultatem concessit *Clemens IX. const. 23. §. 2. pag. 267.*
- Carmelitæ prædicti gaudent privilegiis Carmelitæ discalceatis concessis, *Clemens X. const. 21. §. 2. pag. 335.*
- Carmelitæ Fratres Discalceati.*
- Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Hispaniæ bibliothecis extrahi libros prohibuit *Urbanus VIII. const. 287. §. 2. pag. 375.*
- Carmelitarum Discalceatorum conventum, seu seminarium S. Mariæ de Victoria de Urbe Provincia Romanæ addidit *Alexand. VII. const. 10. §. 2. pag. 13.*
- Carmelitarum prædictorum Seminarii præfati Prioris, Subprioris &c. electio ad quos spectet, *ibid.*
- Carmelitarum prædictorum Lectorum, & Magistrorum electio, & amotio ad quos pertinent, *ibid.*
- Carmelitarum prædictorum Seminarii bonorum administrationem ad Cardinales de Propaganda Fide spectare voluit *Idem, ibidem. §. 3.*
- Carmelitarum prædictorum Seminarii prædicti Lectorum, & Seminaristarum pro alimentis, famulatu & aliis quid solvendum declarat *Idem, ibidem §. 4.*
- Carmelitarum prædictorum in Seminaristas qui eligendi & absolutis studiis quid ab istis faciendum statuit *Alexand. VII. ibid. §. 5. pag. 13.*
- Carmelitis prædictis concessionem Ecclesiæ, & Conventus S. Pancratii extra & propè muros Urbis à Cardinali Maldachino factam confirmat *Alexand. VII. const. 120. §. 4. pag. 161.*
- Carmelitarum prædictorum Seminarium S. M. de Victoria ad Conventum S. Pancratii transtulit *Idem ibidem.*
- Carmelitarum prædictorum privilegia Carmelitis Calceatis concessa cenferi voluit *Clemens X. const. 25. §. 2. p. 335.*
- Carmelitæ Moniales, Vide in Verbo Moniales.*
- Carthusiani Fratres.*
- Carthusianos adire possunt, seu ad eos transire Eremitæ S. Augusti Discalceati Congregationis Galliæ, *Urbanus VIII. const. 103. §. 5. pag. 171.*
- Carthusianorum Fratrum habitum cum licentia Ministri Generalis suscipere possunt Cappuccini, *Urbanus VIII. const. 104. §. 2. pag. 172.*
- Casineses Monachi. Vide infra Monachi Casinenses.*
- Castra.*
- Castrorum & aliorum locorum Jurisdictionalium alienationis prohibitionem innovavit *Urbanus VIII. const. 81. pag. 142. & seqq. & ampliavit const. 242. §. 4. pag. 319. & confirmavit Innocentius X. const. 3. §. 1. pag. 412.*
- Castra ædificandi licentias revocat *Innocentius X. const. 13. §. 45. pag. 430. & seqq.*
- Vide etiam in Verbo Alienatio.*
- Casus Reservati.*
- Casus reservati per Superiores Regularium, Veneficia, incantationes, sortilegia, apostasia, egressus furtivi contra votum, juramentum falsum in judicio, abortus, falsificatio, furtum, lapsus carnis, percussio gravis, retardatio, seque aperitio literarum Superiorum, & alii de consensu Capituli. Vide decretum post *const. 28. Urb. VIII. p. 66. & seqq.*
- Casus conscientiæ, & sacra Scriptura bis legenda in hebdomada in Conventibus Regularium. *Clem. VIII. post const. 28. Urbanus VIII. pag. 64.*
- Casus reservatos in Bulla Cænæ Domini vide in *Urb. VIII. const. 72. pag. 125. in Alex. VII. const. 16. pag. 25. & 26. & Clementis X. const. 34. pag. 341.*
- Casibus reservatis in Bulla Cænæ Domini, semel in anno, & mortis articulo, in aliis semel in vita data est facultas absolvendi pro Capellanis Pontificis, *Innocent. X. const. 27. §. 7. pag. 446. Alex. VII. const. 11. §. 5. pag. 15. Clemens IX. const. 23. §. 6. pag. 270. & Clemens X. const. 20. §. 6. p. 266.*
- Casibus reservatis facultas absolvendi pro Cubiculariis excepta manuum injectione in Episcopos, & alios Superiores Prælatos, & recitatione officiorum. *Clemens IX. const. 21. §. 8. pag. 261. & Clemens X. const. 15. §. 10. p. 317.*
- Casibus reservatis in Bulla Cænæ Domini Cubicularij Papæ absolventur semel in vita, & mortis articulo, & aliis semel in anno, *ibid.*
- Casus Episcopis reservatos per quæcumque privilegia absolvi non possunt Regulares. *Clemens X. const. 7. §. 6. pag. 306. & seqq.*
- Casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolvendi facultatem Regulares habentes, Episcopo reservatis absolvi non possunt, *ibidem §. 7. Vide in P. Absolvere.*
- Casibus reservatis in sua Diocesi tantum, non autem à reservatis in illa, unde confluentes veniunt absolvi potest Regularis. *ibidem.*

Cathedra Eloquentia.

Cathedram eloquentiæ, sive Rethoricæ in Gymnasio Urbis pro uno lectore cum privilegiorum aliarum disciplinarum Professoribus elargitorum communicatione. *Urbanus VIII. constit. 98. §. 1. pag. 165.*

Cathedræ prædictæ Lectoris provisio scutorum 500. ex 800. Professoris Juris Civilis, postquam cessaverit solvenda, *ib. §. 2.*

Cathedræ, & provisionis prædictæ, ejusque privilegiorum assignatio lectori, *ibidem §. 3.*

Caupones.

Cauponum, hospitem, & Albergatorum Urbis contractum unionis Ecclesiæ, ac modi eligendi Officialis inter ipsos inium confirmat *Alexand. VII. constit. 52. §. 2. pag. 74.*

Causa, seu lis Civilis, vel Criminalis.

Causas beneficiale committendi absolutionis, corrigendi, aggravandi, faciendi exequi, signandi, prorogandi terminum ad ordines suscipiendos facultates sunt Vicecancellarii, & Regentis Cancellariæ, *Urbanus VIII. constit. 6. Reg. Cancell. 71. pag. 33.*

Causæ secundum Canones probatæ, & processus instructus secundum stylum requiritur in ejectione professorum. *Urb. VIII. constit. 28. §. 6. pag. 63.*

Causa onerosa verè in vim contractus approbanda citato Commissario Camera exemptiones, & immunitates concessæ non intelliguntur revocate, sed exceptæ. *Urbanus VIII. constit. 30. §. 19. p. 74. Alexand. VII. constit. 25. §. 6. pag. 43. Clem. IX. constit. 17. §. 8. pag. 258. & Clemens X. constit. 21. §. 8. pag. 330.*

Causa, ut Provincialis, Generalis, & Protector Religionis dent facultatem petendi Romam, est tantum pro communi totius Provinciæ, alias nullus potest moderari pœnam. *Urbanus VIII. constit. 28. in seq.*

Causas committere non potest in prima instantia Commissarius Fratrum Minorum Sancti Francisci de observantia Provinciarum Belgicarum. *Urbanus VIII. constit. 53. in seq. quæ sunt statuta generalia.*

Causarum, vel negotiorum occasione recurrentes ad Romanam Curiam, qui percutiunt, seu talia delicta procurant, sunt excommunicati. *Urbanus VIII. constit. 72. Alexander VII. constit. 16. & Clemens X. constit. 34. §. 12.*

Causas beneficiale Decimarum, & alias spirituales, seu annexas, qui avocant, aut in illis se intromittunt, sunt excommunicati. *ibidem §. 14.*

Causis criminalibus contra Ecclesiasticos, qui se intromittunt, vel in hac licentia abutuntur, excommunicantur. *ib. §. 19.*

Causas summarie, & sine strepitu Sede vacante Locumtenens Magni Magistri S. Joannis Hierosolymitani cognoscere debet, *Urbanus VII. constit. 102. §. 5. pag. 169.*

Causas criminales cognoscendi indulta omnia Judicum Urbis privativè quoad alios intelligenda sunt, cumulativè autem cum Governatore Urbis. *Urbanus VIII. constit. 109. §. 2. pag. 176.*

Causas civiles, & criminales Capituli & Canonicorum Ecclesiæ Majoricensis non possunt Inquisitores Majoricenses cognoscere. *Urbanus VIII. constit. 281. §. 4. p. 367.*

Causis Mercatorum Fundaci Urbis pro qua summa detur appellatio suspensiva. *Urbanus VIII. constit. 294. §. 3. pag. 381.*

Causas omnes avocandi sola facti veritate inspecta, manu regia terminandi occasione Vistationis Apostolicæ. *Alexander VII. constit. 3. post 15. pag. 22. Vide in V. Vistatio.*

Causas omnes criminales cognoscendi absque irregularitatis incurfu occasione prædicta. *Alexander VII. constit. 5. post 15. pag. 23.*

Causas civiles Burgi ab A. C. cognosci voluit *Clemens IX. constit. 6. §. 6. pag. 247.*

pro Causis Civilibus, & criminalibus cognoscendis quod deputare valeat Governator Conclavis. *ibidem §. 10.*

Cedula.

Cedula consistorialis non consignatur partibus antequam processus qui ad Curiam transmittuntur tradantur Notario Officii Collegii Cardinalium ad id erecti. *Urbanus VIII. constit. 56. §. 6. pag. 107.*

Cedula depositi in Congregatione quolibet mense faciendâ cursores non deferentes quibus subiaceant pœnis. *Alexander VII. constit. 74. §. 3. p. 103. Vide etiam in V. Cursores.*

Cedens, & Cessio.

Cedens, seu resignans nisi expresse in Cancellaria consenserit, & juraverit literæ super resignatione non debent expediri,

& primus consensus tenet, alii posteriores ad favorem aliorum irritantur. *Urbanus VIII. constit. 6. Reg. Canc. 45. pag. 30.*

Cessionis secundæ vigore literæ expeditæ etiam sub priori data non tenent. *ibidem reg. 45.*

Celebrans, Celebratio, Celebrare.

Celebratio Missæ cum certa elemosyna non potest alteri committi cum minore declarat. 10. post *constit. 45. Urbanus VIII. pag. 92. Vide in V. Missa.*

Celebrare missam qui potest per alium, ut Rector satis est quod celebranti det congruam elemosynam, nisi fundatio- ne aliter sit cautum, *ibidem, declarat. 8.*

Celebrandæ missæ qui percipit elemosynam si alteri committit, debet illam integram dare, *ibidem pag. 92.*

Celebrandarum missarum elemosynæ susceptæ, si alteri committantur, prohibentur diminui etiam à Sacerdotibus particularibus. *ibidem declarat. 16.*

Celebrans missam, vel confessiones audiens non ordinatus ad Presbyteratum licet sit minor 25. annis, major 20. traditur Curie seculari puniendus quantumvis exemptus. *Urbanus VIII. constit. 95. §. 4. pag. 162.*

Celebrans in Altari S. Catharinæ Senensis S. Mariæ super Minervam pro anima defuncti eam à Purgatorii pœnis liberat *Urbanus VIII. constit. 224. §. 2. pag. 304.*

Celebrare possunt juxta ritum latinum certo numero præfixo Monachi S. Basilii, *Innocentius X. constit. 19. pag. 468.*

Celebrare volentes Sacerdotes indigenas in Ecclesiis Indiarum à Parochis non esse arcendos statuit *Clemens IX. constit. 38. pag. 284.*

Celebrari missas de Requiem in duplicibus, exceptis anniversariis ex dispositione Testatorum relicis prohibuit *Alexander VII. constit. 171. §. 2. pag. 234.*

Celebrans ad Altare ad tempus privilegiatum ita defunctis suffragatur, ut si celebraret ad altare in perpetuum privilegiatum. *Clemens IX. constit. 39. §. 3. pag. 287.*

Celebrandi, seu celebrari faciendi in eorum Cappellis Abbreviatoribus literarum Apostolicarum facultatem concessit *Clemens X. constit. 16. §. 2. pag. 321.*

Cælestini Monachi.

Vide Monachi Cælestini.

Censura.

Censurarum revocationem, & absolutionem competentes, impediens executionem literarum Apostolicarum etiam prætextu donec ad informandum Romanum Pontificem supplicaverint, nisi legitime non prosequantur, ac etiam consentientes sunt excommunicati. *Urbanus VIII. constit. 72. Alexander VII. constit. 16. & Clemens X. constit. 34. §. 14.*

Censurarum absolutio pro Capellanis Capellæ Pontificiæ, *Vide in V. Capellani.*

Census.

Census annui Canonicis S. Salvatoris S. Petri ad Vincula in recognitionem juris directi habent in Ecclesia S. Laurentii in Fonte concessa Aulicis, librarum 5. ceræ albæ solutionem decrevit *Urbanus VIII. constit. seq. post 32. §. 4. pag. 78. & seq.*

Census impositiones non possunt fieri ab Abbatibus Congregationis Olivetanæ nisi de Procuratoris Generalis licentia. *Urbanus VIII. constit. 227. §. 3. pag. 307.*

Censuum in impositionibus quando requiratur consensus totius Communitatis Fratrum Tertii Ord. S. Francisci Congregat. Gallicanæ. *Alexander VII. constit. 66. §. 3. pag. 94.*

Census & contractus facere quando possint Meretrices Urbis. *Clem. X. constit. 22. §. 4. pag. 331.*

Vide in V. Meretrices.

Censibus hujusmodi sine licentia Protectoris Monasterii Conventuarum contractis & tertia parte eidem ex propriis bonis non relicta quomodo Monasterium procedat, *ibid. §. 5.*

Ceremoniale.

Ceremoniale servandum in electione Romani Pontificis edidit Gregorius XV, & confirmavit *Urbanus VIII. constit. 47. §. 3. pag. 91.*

Ceremoniale Episcoporum in Ecclesia Calaritana servandum præcepit *Urbanus VIII. constit. 115. §. 2. pag. 183.*

Ceremoniale, seu electionarium pro electione Magni Magistri Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani annullatur, & approbatur insertum, *Urbanus VIII. constit. 184. §. 1. & 2. pag. 264. & seqq.*

Ceremoniale pro electione Magni Magistri Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani habes insertum *ibidem* §. 1.
 Ceremoniale Episcoporum, & aliorum Ecclesiarum Prælatorum novissimè reformatum approbavit *Innocent. X. const. 42. §. 2. pag. 475.*

Ceremoniarum Magistri.

Ceremoniarum Magistris à singulis Cardinalibus ad Cardinalatus honorem promotis solvuntur triginta sex ducat. auri de camera, & post eorum obitum ab eorum hæredibus viginti quinque. *Clemens IX. constitut. 29. §. 2. pag. 276.*
 Ceremoniarum Magistris solvi debent dicta emolumenta per ipsos Cardinales, eorumque agentes & hæredes, ubicumque eos mori contigerit, etiamsi nunquam venerint Romam. *ibidem* §. 3.

Chirographum.

Chirographo Papæ sunt singulis vicibus facultates extrahendi annonam, vel gratiam extra statum, etiam ad loca mediare subjecta, alias non valent, & quid de Judicibus. *Urbanus VIII. const. 30. §. 28. pag. 75.*

Chirographa, & Brevia gratiarum concernentium interesse Camerae in quibus derogatur constitutioni Pii IV. non sunt registranda in Camera. *Urbanus VIII. const. 137. §. 2. pag. 207.*

Christiani.

Christiani in Provinciis Japonicis &c. existentes recipere possunt Sacramenta etiam Parochialia à quocumque Sacerdote ad eos misso, præter requirementa ordinem Episcopalem. *Urbanus VIII. const. 167. §. 7. pag. 248.*

Christiani creditores carcerare facientes Judæos alimenta illis præstare tenentur. *Urbanus VIII. constitut. 315. §. 1. p. 403.*

Christus.

Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse. Propositio 5. damnata ab *Innocent. X. const. 54. pag. 486.*

Cistercienses Monachi.

Cisterciensium Monachorum Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ statuta confirmat *Urbanus VIII. const. 150. §. 225.*
 Cisterciensium Prælati ultra 20. dies non possunt abesse à Monasterio, *ibidem* pag. 224.

Cisterciensium Prælatorum absentantium se à Monasterio ultra præfatum tempus pœnæ. *ibidem.*

Cisterciensium pecuniæ à quibus custodiendæ. *ibidem.*

Cisterciensium computa quando faciendæ. *ibidem* pag. 224.

Cisterciensium prædictorum Discreti ad alia Monasteria se transferentes quibus pœnis subiaceant. *ibidem.*

Cisterciensium Præses, Abbates, & Visitatores facta inventaria quibus tradere tenentur. *ibidem.*

Cisterciensium Superiores quomodo & quando sua Monasteria visitent. *ibidem.*

Cisterciensium Superiores, & famuli aliquid accipientes à visitatis, quas pœnas incurrant. *ibidem.*

Cisterciensium Abbas Prior, & Revisores computorum quid in suo quoque Monasterio circa hoc facere debent. *ibidem.*

Cisterciensium prædictorum Conversi, quando ad administrationes, seu Abbatum servitia deputari possint. *ibidem.*

Cisterciensium Prælati concedens licentiam Monacho pernoctandi extra Monasteria, quas pœnas incurrat. *ibidem.*

Cisterciensium Prælati, Monachus, Conversus equos, jumenta, pecudes, & quoscumque fructus emens, & possidens quibus pœnis subiaceat. *ibidem* pag. 255.

Cisterciensium Visitator minor qualis ætatis esse debeat. *ibid.*

Cisterciensium prædictorum ex Patribus, qui in Regimine resederunt quando possint assumi in Definitorum tempore Capituli. *ibidem.*

Cisterciensium in definitorio quot ex discretis pro singulis Provinciis locum habeant. *ibidem.*

Cisterciensium Regiminis Patres quam curationem, & vacationem habeant. *ibidem.*

Cisterciensium Præsidis post absolutum officium eligendi Monasterii facultas. *ibidem.*

Cisterciensium Monachus ad officia exercenda assumendus quæ requisita habere debeat. *ibidem.*

Cisterciensium prædictorum Capitulum quantum durare valeat. *ibidem.*

Cisterciensium in Collegiis erigendis quot Collegiales haberi possint. *ibidem.*

Cisterciensium Novitii quando & quomodo recipiendi. *ibidem.*

Cisterciensium Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ Statuta declaravit *Urbanus VIII. constitut. 193. pag. 273. & seq.*

Cisterciensium privilegia confirmat *Innocent. X. constitut. 52. §. 1. pag. 485.*

Cisterciensium Monasteria in commendam Commendatarii obtinentes nullam jurisdictionem in illis exercere non valent. *Innocent. X. constitut. 59. §. 2. pag. 490. & 491. quam innovat Alexand. VII. constitut. 6. §. 5. pag. 7. & 8.*

Cistercienses possunt vesci carnibus intra, & extra septa Monasterii cum non sit de substantia Regulæ. *Alexand. VII. const. 43. §. 2. pag. 60.*

Cisterciensium contractus omnes qui adversantur paupertati & bono regimini eorumdem abrogat *Alexand. VII. const. 85. §. 3. pag. 114.*

Cisterciensium Abbates qui utuntur dispensatione Apostolica circa esum carniū virtute sententiarum à visitatore Apostolico emanatarum non privantur voce activa, & passiva. *Alexand. VII. const. 111. §. 2. pag. 149.*

Cisterciensium reformationem eorumque statuta edixit *Alexand. VII. constitut. 168. pag. 226. & 227. & seq.*

Cisterciensium circa reformationem Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. non obligare Monasteria, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem promittunt, declaravit *Clemens X. const. 19. §. 4. pag. 324. & seqq.*

Cistercienses Monachi Congregationis Hispaniæ quomodo & quando sibi eligant Abbatem. *Clemens X. const. 55. §. 5. p. 380.*

Cistercienses prædicti intra terminum præfixum Abbatem non eligentes, ad quem ejusmodi provisio devolvatur declarat *Idem ibidem.*

Cistercienses prædicti antequam ad aliquam electionem devoniant, quid agere debeant statuit *Idem ibidem* §. 6.

Cistercienses Reformati.

Vide in V. Monachi Cisterciensium Reformati.

Citatio.

Citare debet impetrans infra sex menses, & ex tunc infra annum sententiarum facere, & exprimere nomen, gradum, nobilitatem possessoris annalis, & specificam causam, alias omnia sunt nulla, & ad damna, & interesse tenetur. *Urbanus VIII. const. 6. reg. Canc. 34. pag. 29.*

Citationes, monitoria, & similia judicium Apostolicorum retineri, aut impediri facientes, necnon recurrentes ad curias seculares excommunicantur. *Urbanus VIII. constitut. 72. Alexand. VII. constitut. 16. & Clemens X. const. 34. §. 13.*

Cives. Civitas.

Cives veri cujusque civitatis electæ Pontificiæ Capellæ Capellanus efficiuntur etiamsi nunquam habitaverint. *Innocent. X. constitut. 27. §. 2. pag. 446. Alexand. VII. constitut. 11. §. 2. pag. 14. Clemens IX. const. 25. §. 2. pag. 270. & Clementis X. constitut. 20. §. 1. pag. 325.*

Cives & incolæ Urbis visitantes anno Jubilæi quatuor Ecclesias 30. diebus, exteri verò 15. diebus, concessio Indulgentiæ plenariæ, & remissionis peccatorum. *Urbanus VIII. const. 14. §. 4. pag. 44.*

Cives veri cujusque civitatis efficiuntur Conclavistæ etiamsi nunquam habitaverint. *Clemens IX. & X. constitut. 36. & 37. pag. 239. & 293.*

S. Clara.

S. Claræ officium recitare posse aliqua die non impedita cujuslibet mensis Capucinis ejusdemque Ordinis Monialibus indulget *Clemens X. constitut. 41. §. 2. pag. 363.*

B. Clara de Monte Falchio.

B. Clara de Monte Falchio gerit in visceribus mysteria Passionis Jesu Christi. *Urbanus VIII. constitut. 25. §. 1. pag. 58.*

B. Claræ prædictæ officium, & missam ab omnibus Ordinibus Eremitarum Sancti Augustini religiosi recitari, & celebrari posse indulget *Urbanus VIII. constitut. 25. §. 2. pag. 58.*

Claves.

Claves ærarii Arcis Sancti Angeli, ut fidelius, & diligentius custodiantur. *Vide decret. post const. 56. Urbanus VIII. pag. 110.*

Clavium consignatio, & reconsignatio Cardinalium, & aliorum optantium, aut se absentantium. *ibidem.*

Claves Arcæ elemosynarum Terræ Sanctæ, qui tenere debeant declarat *Innocent. X. const. 12. §. 1. pag. 422.*

Clavium contemptu inhabilitas proveniens non cadit sub facultatibus dispensandi favore Conclavistarum. *Clemens IX. & X. constitut. 3. & 2. §. 4. pag. 237. & 293.*

Claustra.

Claustra violantium pœnas incurrunt mulieres Monasteria Monialium ingredi volentes etiam cum licentia nisi intervenierit earum consensus capitulariter, & per secreta suffragia præstitus. *Urbanus VIII. const. 31. §. 3. pag. 76.*

Claust.

Claustri non permittitur Fratribus Minoribus de Observantia Sancti Francisci recipere elemosinas promissis, nec etiam tertiaro, seu servitori, qui dicitur Syndici substitutus, etiam ut ad Syndicum deferat, sed extra claustra ad Syndicum remittendæ, *Urbanus VIII. const. 53. in sequent. quæ sunt Statuta Generalia, pag. 102.*

Clausula.

Clausula absolutionis non suffragatur infordecentibus per annum, & in certis casibus etiam per quatuor menses, necnon parentibus rei judicatæ, *Urbanus VIII. constit. 6. reg. Canc. 66. pag. 32.*

Clausula danda in providendo de vacanti, *ibidem reg. 56. p. 31.* Clausula, *attentè quoque provideas*, debet poni in commissione resignationis beneficii, *ibidem reg. 40. p. 30.*

Clausula, *neuter acquirat nisi quilibet jus habeat*, debet poni in commissione resignationis beneficii in causa permutationis, *ibidem reg. 40.*

Clausula, *etiamsi non petatur*, ponitur in literis pro vacaturis per promotionem, aut ingressum religionis, præter quam per obitum obtinentis, *ibidem reg. 58. p. 31.*

Clausula, *si ita est*, ponitur in literis de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus, *ibidem reg. Canc. 61. ibidem.*

Clausula quod indulgentiæ sunt nullæ, si alia per ipsum fuerit concessa, de qua non sit expressa mentio, exprimitur in literis indulgentiarum, *ibidem reg. Cancell. 53. ibidem.*

Clausula, *si mulier rapta non fuerit*, ponitur in dispensationibus, & quæ si scienter, *ibidem regul. 49. pag. 30.*

Clausula, *quod non præjudicetur illis, ad quos successio honorum ab intestato pertinere debeat*, ponitur in dispensationibus super defectu natalium, *ibidem regul. 50. ibidem.*

Clausula ponendæ in concessione, quod recipiantur in religione, & provideantur de beneficio, & de derogatione numeri Regularium non danda, nisi expressè concessa, *ibidem reg. 59. p. 31.*

Clausula *salvis constitutionibus reg. Cancell. & decreto Camerae* semper censetur apposta in quibuscumque indultis etiam favore Cardinalium circa fructus beneficiorum inexactos, nec illis censetur derogatum per quascumque clausulas idem importantes, nisi fuerit expressè, & dispositivè, *Urbanus VIII. const. 96. §. 7. & 8. pag. 162.*

Clausura.

Clausura in Monasteriis servatur, janitori commendatur, ut exeunti non aperiatur, nisi cum socio, & licentia, *Urbanus VIII. const. 28. in seq. 3. Clementis VIII.*

Clausuræ contravenientes, etiam janitor, puniuntur etiam carcere arbitrio superioris, *ibidem.*

Clausurâ nemo exit nisi cum socio, & licentia ex causa singulis vicibus, ac benedictione Superioris, quam non concedit nisi probata causa injuncto socio non petito, *ibidem §. 19.*

Clausuram reversus vadit pro benedictione ad Superiorem qui quid actum perquiret, *ibidem §. 21.*

Clemens IX. & X.

Clemens IX. Pistoriensis ex Presbytero Cardinale tituli Sancti Sixti Pontifex pronuntiatus fuit Romæ die 20. Junii 1667. & die 26. ejusdem mensis coronatus, p. 234.

Clemens IX. obiit Romæ, *ibidem.*

Clemens X. Romanus, Æmilius de Alteriis antea dictus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Romæ Summus Pontifex pronuntiatus die 29. Aprilis 1670. & die 10. Maji ejusdem anni coronatus. pag. 288.

Clerici.

Clerici, quando malè sunt promoti, quid servandum statuit *Urbanus VIII. const. 6. reg. Canc. 24. pag. 28.*

Clericum ultramontanum non potest ordinare Episcopus Italiæ sine sui Ordinarii dimissorialibus, *Urbanus VIII. const. 35. §. 3. pag. 81.*

Clericus Italus ad ordines promotus ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis jurisdictioni seculari subiacet, *ibidem §. 4.*

Clerici promovendi ad minores, vel sacros ordines in Urbe, & sex vicinis Episcopatibus, ut examini subjiciantur, *Alex. VII. constit. 126. §. 1. pag. 173.*

Clerici hujusmodi ad sacros ordines promovendi quod testimonium, & à quo habere debeant, *ibidem §. 2.*

Clerici hujusmodi promovendi per decem dies exercitiis spiritalibus vacare tenentur, *ibidem §. 3.*

Clerici forenses in Urbe ad sacros Ordines promoti non servata forma, *const. Alex. VII. §. 4. ibid. quibus subiaceant penis.*

Clerici Regulares Matris Dei.

Clerici Regulares Matris Dei exempti sunt à processionibus, & aliis actibus publicis, *Urbanus VIII. const. 120. §. 2. p. 187.* Clerici prædicti tantum possunt erigere scholas sub denominatione Scholarum Piarum, *Urbanus VIII. constit. 136. §. 1. pag. 207.*

Clericorum prædictorum habitum, vel confimilem nemo deferre potest, *ibidem.*

Clerici Regulares matris Dei Scholarum Piarum non comprehenduntur in decretis circa Regularium reformationem editis, *Urbanus VIII. constit. 188. §. 2. pag. 268.*

Clerici hujusmodi circa nullitatem professionis reclamantes ob non servatam formam constitutionum, quando audiendi, *Urbanus VIII. constit. 258. §. 2. pag. 336.*

Clericorum prædictorum professiones revalidat, *ibidem §. 3.*

Clerici prædicti emissâ professione ante certum tempus sunt veri Clerici, *ibidem §. 2.*

Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Religionem in Congregationem reduxit *Innocent. X. const. 17. §. 3. p. 436.*

Clericorum prædictorum breviam ad habitum Presbyterorum secularium assumendum obtenta, nisi illis intra certum tempus utantur, irritat *Innocent. X. const. 20. §. 2. p. 439.*

Clericorum prædictorum Præpositus Generalis, & Assistentes quantum durare debeant statuit *Alex. VII. const. 92. §. 1. p. 122.*

Clericorum prædictorum Assistentes quando votum habeant decisivum, & quando consultivum, *ibidem.*

Vide etiam in verbo Scholæ Piar.

Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum pro Conventus erectione in Oppido Piscinæ Marcianen. Diocesis decretum Sacræ Congregationis confirmat *Alexand. VII. const. 150. §. 2. & 3. pag. 206.*

Clericis Regularibus prædictis, & Laicis terminus assignatur ad deliberandum an profiteri velint, vel discedere à Congregatione, *Clemens X. const. 23. §. 3. pag. 332.*

Clerici prædicti in sacris ordinibus initiati patrimonium habentes discedere posse indultit, *ibidem §. 2.*

Clerici prædicti patrimonium non habentes, & discedere volentes ab ordinum exercitio suspenduntur, *ibidem.*

Clerici Regulares Ministrantes Infirmis.

Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis Novitii, donec presbyteri fiant, habitatione separata in Novitiatu permanere possunt, *Urban. VIII. const. 8. §. 5. pag. 35.*

Clericorum Regularium prædictorum Præfecti Generalis, & aliorum Superiorum electione, *Urban. VIII. const. 99. p. 165.* per totam, & *Alexand. VII. const. 12. §. 3. & 4. p. 18.*

Clericorum Regularium Ministrantium infirmis Capitulum quando celebrandum, *Urbanus VIII. const. 212. §. 1. p. 296.*

Clericorum prædictorum divisionem provinciarum, & reductionem fecit *Alexand. VII. const. 12. §. 2. pag. 18.*

Clericorum prædictorum arbitrum, & consultores elegit *Alexand. VII. constit. 33. §. 2. p. 51.*

Clerici Ministrantium infirmis in quibusvis functionibus laicis antiquioris professionis præferuntur, *Alexand. VII. constit. 131. §. 2. pag. 177.*

Clerici Regulares Minores.

Clericorum Regularium Minorum privilegia personalia, quæ eorum Constitutionibus adversantur, irritat *Urbanus VIII. const. 246. §. 2. pag. 326. & seq.*

Clericorum Regularium Minorum Præpositum Generalem in perpetuum durare voluit *Alexand. VII. const. 144. §. 4. p. 201.*

Clerici Regulares de Somafcha.

Clerici Regulares de Somafcha Oratoria privata in eorum Collegiis habere possunt, ibique missam celebrare, *Urbanus VIII. constit. 166. §. 3. pag. 246.*

Clericorum prædictorum Collegiorum alumni possunt in eorum Oratoriis confiteri à quocumque presbytero dummodo ab Ordinario sit approbatus, *Alexand. VII. const. 61. §. 3. pag. 89.*

Clericorum prædictorum Congregationem in tres provincias divisit *Alexand. VII. const. 116. §. 2. pag. 155.*

Clericorum prædictorum Provinciarum hujusmodi divisarum quomodo, & cui dignitates sint conferendæ declarat, *ibidem §. 3.*

Clericorum prædictorum provincialium Præpositorum auctoritas, *ibidem.*

Clericis prædictis concessionem sepeliendi Alumnorum cadavera sine interventu Parochorum quibusdam in locis indultit *Alexand. VII. const. 170. §. 2. p. 233.*

Clerici

Clerici Regulares Theatini.

Clericorum Regularium Theatinorum Fundatorem Cajetanum Thienensem Beatorum Catalogo adscripsit *Urbanus VIII. const. 126. §. 2. pag. 192. & seq.*

Clericorum prædictorum in Capitulo Generali qui jus suffragandi habeant declarat *Alexand. VII. constit. 105. pag. 137. per totam.*

Clericorum prædictorum electio Præpositorum quomodo faciendâ, *ibidem §. 2.*

Clericorum Regularium prædictorum electores in electione vocalium quid servare debeant, *ibidem §. 4.*

Clericorum Regularium prædictorum in electione Præpositi Generalis, Consulorum &c. juniores senioribus cæteris paribus præferri noluit *Alexander VII. ibidem §. 6.*

Clericis Regularibus prædictis officium de purificatione Beatæ Virginis Mariæ cum octava quotannis recitare posse indulget *Clemens X. constit. 44. §. 2. pag. 365.*

Coadjutoria.

Coadjutoria cum futura successione, & officia ad plurimum vitam non concedenda, ne fiant hæreditaria, sed idoneis conferenda, *Urbanus VIII. const. 30. §. 1. p. 71.*

Coadjutoria, ac officia, & munera quomodolibet ad Sedem Apostolicam, illarumque Constitutiones, seu confirmationes vitam cujuscumque obinentis excedentes cum litteris quibusdam per vacationem effectum non fortitas, & quoad illarum perpetuitatem revocantur, & annullantur, *ibidem §. 8. p. 71.*

Coadjutoriarum prædictarum concessiones, ad plurimum vitam, ac etiam unius contra primævam institutionem seu consuetudinem officiorum censentur extortæ, & declarantur irritæ, *ibidem §. 10. p. 72.*

Collatio. Collator.

Collatorum loco vacante beneficia omnia sunt reservata, *Urbanus VIII. const. 6. reg. Canc. 2. p. 25.*

Collatio beneficii ob incompatibilitatem resignati in fraudem reservationis est irrita, *ibidem regula Canc. 3.*

Collatio beneficii per infirmum dimissi, qui per 20. dies à die præstiti consensus non supervixerit, irritatur, *ibidem reg. Canc. 19. p. 27.*

Collatio beneficiorum cum cura Parochianorum in persona illius, qui idioma, ubi situm est beneficium, ignorat, est nulla, *ibidem reg. 20.*

Collatio beneficii viventis, tanquam mortui licet postea vacet est nulla, nec eidem conferri potest, *ibidem regul. 21.*

Collatio officiorum, & munerum omnium salariatorum Camera, seu illius pecuniarum, seu causarum defensionem, & sollicitationem, aut administrationem habentium quorumcumque, ita est reservata, ut Pontifex disponat non obstantibus quibuscumque aliorum dispositionibus, certis, & vocalibus exceptis, *Urbanus VIII. constit. 30. §. 9. p. 72. & seq. & confirmat Innocent. X. const. 13. §. 16. p. 425.*

Collectores.

Collectorum, & Subcollectorum, Curialium, Cubiculariorum etiam honoris, ac Cursorum beneficia sunt reservata, *Urbanus VIII. constit. 6. regul. Cancel. 5. 6. & 7. p. 25.*

Collectorum, & Nuntii Regni Neapolitani jurisdictioni subsunt Subcollectores ejusdem Regni Gregorius XIII. refert *Urbanus VIII. const. 202. præmio pag. 284. quoad ampliat idem Urbanus VIII. ibidem §. 3. p. 285.*

Collegiorum Apostolicorum Alumni, *Vide in verbo Alumni.*

Collegium Cardinalium.

Collegii Cardinalium Archivii cura Clerico Italo, & Secretario, ut spectabat, *Urbanus VIII. const. 56. pag. 107. & seq.*

Collegii prædicti Clericus Italus, & Secretarius sunt commentales Papæ, & utuntur vestibus violaceis, *ibidem §. 13. & 14. pag. 109.*

Collegii prædicti Clerico Italo, & Secretario debent assignari scripturæ ad dictum Collegium spectantes, *ibidem §. 17.* Collegii prædicti Clerici electio, & donatio, *ibidem.*

Collegium Cursorum.

Collegium Cursorum reformavit *Alexand. VII. const. 74. §. 3. & seqq. p. 103. & seq. Vide etiam in verbo Cursores.*

Collegium Sanctæ Bonaventuræ in Domo SS. Duodecim Apostolorum de Urbe.

Collegii prædicti Collegiales, & Regens subsunt jurisdictioni Superiorum suæ Religionis, *Urbanus VIII. const. 125. §. 1. pag. 191*

Collegium S. Francisci de Paula in Urbe.

Collegio Studentium Ordinis Sancti Francisci de Paula Nationis citerioris Calabriae erigendo ex bonis Joannis Pizzulli per Fratres S. Andreae de Fratribus de Urbe ejusdem Ordinis cum dote proprietatis, & onere eam in bonis stabilibus investiendi, *Urbanus VIII. const. 5. §. 1. & seqq. p. 20.*

Collegii prædicti in Vicarium, & Collegiales omne jus transulerunt cum oneribus & honoribus Fratres S. Andreae prædicti, *ibidem §. 12.*

Collegii prædicti bona, & gubernium per Fratres Citerioris Calabriae, & non per alios administranda statuit *Urbanus VIII. const. seq. §. 3. & 6. pag. 28.*

in Collegio hujusmodi nulli quam citerioris Calabriae studentes admitti posse prohibuit, *ibidem §. 4. & supradicta omnia confirmavit Alexand. VII. const. 104. pag. 136.*

Collegium Fuldense in Germania.

Collegium Fuldense 40. puerorum nationis Germanicæ erectum à Gregorio XIII. etiam pro filiis Catholicis Hæreticorum cum scutorum 1800. auri de Camera, & de eorum dispensatione, *Urbanus VIII. constit. 113. §. 2. & 5. pag. 179. & seq.*

Collegii prædicti nova erectio, & numerus 40. Alumnorum olim constitutus, propter caritatem annonæ, redactus ad triginta pro illis Germanicæ, & Provinciarum septentrionalium enumeratarum, *ibidem §. 3.*

Collegii prædicti noviter erecti dos scut. 1800. aureorum de Camera trimestratim solvenda à Camera Apostolica, *ibidem §. 4.*

Collegii prædicti alumnorum 15. juramentum, & aliorum dispensatio, *ibidem §. 5.*

Collegii prædicti dotis scut. 6000. dispensatio in elemosinas pauperum Scholarium extrâ Collegium, & necessitates alumnorum jurantium, *ibidem §. 6.*

Collegium prædictum sub gubernio Societatis Jesu, *ibid. §. 7.*

Collegii prædicti Protectorem Cardinalium Congress. de Propaganda fide deputatio, qui possint deputare in Vice-Protectorem Abbatem Fuldensem, ejusque facultates, *ibidem §. 8.*

Collegii prædicti Protectorem, & Vice-Protectorem facultates, *ibidem §. 8. & 9.*

Collegii prædicti Rector, illiusque libri scribendi de personis, & gestis alumnorum, & de administratione bonorum, *ibidem §. 10.*

Collegii prædicti alumni non habentes proprios ordinarios, cum solis testimonialibus Rectoris subscriptis, & signatis per Abbatem Fuldensem possunt ordinari ad omnes ordines etiam presbyteratus, sine titulo etiam non servatis interdictis, *ibidem §. 12. p. 180.*

Collegii prædicti alumni, alique ibi degentes possunt suscipere omnia sacramenta à Sacerdote Collegii etiam in Pachtate, *ibidem §. 12.*

Collegii Fuldensis alumni præferendi in beneficiis, & dignitatibus, *ibidem §. 13.*

Collegio prædicto ejusque personis communicata sunt omnia privilegia studii generalis Urbis, *ibidem §. 14.*

Collegii prædicti Scholaribus, & Rectoribus, & Ministris in ingressu, egressu, & articulo mortis confessis, & communicatis concessa indulgentia plenaria, *ibidem §. 15.*

Collegii prædicti constitutionum editarum à Congregatione de propaganda Fide Confirmatio, *ibidem §. 13.*

Collegium Germanicum.

Collegii Germanici concordiam cum Collegio Neophitorum, *Vide in verbo Concordia.*

Collegium Illyricum in Civitate Lauretana.

Collegium Illyricum pro adolescentibus, & Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana expensis sacrosanctæ domus Lauretanæ ælendis crexit *Urbanus VIII. const. 80. §. 1. p. 139.*

Collegii prædicti alumnorum numerum ad duodecim olim redactum, & ad Urbem translatum eidem Civitati Lauretanæ cum numero 36. alumnorum expensis sacrosanctæ domus alendorum restituit *Urbanus VIII. ibidem §. 2. & 3. p. 140.*

Collegii prædicti alumnorum loca destinavit, *ibidem §. 4.*

Collegii prædicti, ut & à quibus approbandi, seu admittendi sint alumni, *ibidem §. 5.*

Collegii prædicti alumnorum loca vacantia, seu occupata, cui devolvenda, vel ut restituenda, *ibidem §. 6.*

Collegii prædicti constitutionibus contrasfacientes quomodo puniantur, *ibidem §. 9. pag. 141.*

Colle:

- Collegium prædictum, & scholares ejus gubernio presbyterorum Societatis Jesu, & Regulis per Congregationem de Propaganda Fide approbandis supponit *Urbanus VIII. ibidem §. 11.*
- Collegium prædictum gaudet omnibus privilegiis, & indultis studio Urbis, & aliis Collegiis concessis, *ibidem §. 13.*
- Collegii prædicti Superiores cum assententia protectoris possunt promovere ad gradus Baccalaureatus, doctoratus, magisterii, & licentiatuæ, *ibidem §. 14.*
- Collegii prædicti protectoris deputatio, ejusque facultates, *ibidem §. 16.*
- Collegium Penitentiariorum. vide in verbo Penitentiariorum Collegium.*
- Collegium Penitentiariorum Sacre domus Lauretanæ, Vide in Verbo Penitentiariorum Collegium.*
- Collegium Pragensis.*
- Collegium in Civitate Pragæ Regni Bohemiæ Metropoli pro 40. pueris Germanicæ nationis alendis cum dotis assignatione olim instituit Gregor. XIII. ut refert *Urbanus VIII. constitut. 73. §. 2. pag. 128.*
- Collegii prædicti erectionis literæ non reperiuntur, *ibidem §. 3.*
- Collegium prædictum de novo erigit cum eadem dote, ac viginti alumnorum numero, *ibidem §. 4. & §. 5. p. 129.*
- Collegii prædicti alumni, ex quibus Civitatibus, ac provinciis sint eligendi statuit *Urbanus VIII. ibidem §. 4.*
- Collegium prædictum gubernio presbyterorum Societatis Jesu perpetuo submittit, *ibidem §. 6.*
- Collegii prædicti Protectoris, & Viceprotectoris deputatio, & facultates, *ibidem §. 7.*
- Collegii prædicti Alumnorum recipiendorum formam præscribit, *ibidem §. 9.*
- Collegii prædicti bona, & redditus quomodo administranda, *ibidem §. 10.*
- Collegii prædicti alumnis privilegia concedit, *ibidem §. 11. & 12. pag. 130.*
- Collegio prædicto indulta studii generalis Urbis communicat, *ibidem §. 13.*
- Collegii prædicti statuta, & constitutiones editas à Congregatione de propaganda fide approbat, & confirmat, & servari mandat, *ibidem §. 15.*
- Collegium Subdiaconorum.*
- Collegio Subdiaconorum taxam ratione provisionum Ecclesiarum pallii insignitarum assignatam declaravit *Urbanus VIII. constitut. 279. §. 4. p. 165.*
- Collegium Viennense.*
- Collegium Viennense de novo erigit, & instituit *Urbanus VIII. const. 74. p. 151.*
- Collegio prædicto dotem annuam assignavit, *ibidem §. 3.*
- Collegii prædicti locorum distributio pro alumnis ut facienda, *ibidem.*
- Collegii prædicti gubernium Patribus Societatis Jesu datur, *ibidem §. 4. p. 132.*
- Collegii prædicti Protectoris & vice-Protectoris deputatio, eorumque facultates, *ibidem §. 5. & 6.*
- Collegii prædicti Rector tenetur scribere librum circa administrationem bonorum Collegii, *ibidem §. 7. & 8.*
- Collegio prædicto communicantur omnia privilegia, & indulta studii generalis Urbis, *ibidem §. 11. p. 133.*
- Collegii prædicti Scholaribus, Rectoribus, & Ministris ingressu, egressu, & mortis articulo confessis, & communicatis concessa indulgentia plenaria, *ibidem §. 17.*
- Collegii prædicti constitutionum editarum à Congregatione de propaganda fide confirmatio, *ibidem §. 13.*
- Commendatarii.*
- Commendatarii, qui Monasteria Cisterciensium in commendam obtinent nullam in illis jurisdictionem exercere non valent, *Innocent. X. const. 59. §. 2. p. 490. quam innovat Alexand. VII. constitut. 6. §. 5. pag. 6.*
- Commendatarios Monasteriorum Camaldulensium seingere in electione eorum Superiorum, aliorumque Officialium posse prohibuit *Alexand. VII. const. 30. §. 2. pag. 49.*
- Commensales.*
- Commensalium continuorum, necnon familiarium Cardinalium beneficia sunt reservata, licet commensales esse desierint, *Urbanus VIII. const. 6. reg. Cancell. 4. pag. 25.*
- Commensales continui qui fuerunt per quatuor menses ante Cardinalatum censentur familiares Cardinalis, *ibidem reg. 32. pag. 29.*
- Commensalium continuorum Pontificis exemptiones non censentur revocate, *Urban. VIII. const. 30. §. 20. pag. 80.*
- Commensales Papæ sunt Conclavitate, & Dapiferi, ut videre est in singulis eorum nominibus.
- Commercium, Vide Mercatura.*
- Commissarii.*
- Commissariorum, & Subcollectorum crimina à Nunciis, & Collectoribus in Regno Neapolis possunt cognosci cum ampliatione, *Urbanus VIII. const. 202. pag. 284. & seq.*
- Commissio.*
- Commissiones causarum occasione concessionum Apostolicarum de beneficiis Ecclesiasticis literis non confectis sunt nullæ, *Urbanus VIII. const. 6. reg. Canc. 31. pag. 28.*
- Commissio receptionis resignationis beneficii debet habere clausulam attentè quoque provideas, & si ex causa permutationis clausulam, neuter acquirat, nisi quilibet jus habeat, *ibid. reg. 40. pag. 30.*
- in Commissione de justitia, nihil censetur concessum post conclusum in causa, etiamsi fiat in eis de conclusione mentio, nisi per concessionem commissionis expresse derogetur, *ibidem reg. 38. ibidem.*
- Committendi facultate, Vicecancellarii, & Cancellariæ regentis, absolutionis causarum beneficalium, & alias, *ibidem reg. 71. pag. 33.*
- Communitates.*
- Communitatum, & Camera jura, & bona quæcumque male concessa censentur restituta absque alia adeptione vel recuperatione possessionis, *Urban. VIII. const. 30. §. 17. p. 79.*
- Communitates, & Camera prohibentur admittere exemptiones à solutione prætextu privilegiorum, *Vide in verbo Camera.*
- Complutensis Academia.*
- Complutensi Academiæ officium S. Thomæ de Villanova sub ritu duplici 2. classis cum octavo recitare posse indulgit *Alexand. VII. constitut. 71. §. 2. pag. 101.*
- Complutensis Academiæ Lectores, Doctores, & Scholares ut obedire Rectori teneantur, *Alexand. VII. const. 72. §. 1. & 2. ibidem & seq.*
- Complutensis Academiæ Lectores &c. quid observare teneantur, *Alexand. VII. const. 73. §. 2. pag. 102.*
- Complutensis Academiæ Lectores &c. prædicti juramentum de obedientia exhibenda Rectori non præstantes quibus se subijciant pœnis, *ibidem §. 3.*
- Complutensis Academiæ, qui Doctores in Licentiatibus Theologiæ ferant votum, *Vide const. 75. Alexand. VII. §. 2. p. 105.*
- Compositiones.*
- Compositiones musicales imprimi, nec venales haberi à bibliopoli sine correctoris Confraternitatis artis Musicæ licentia sub pœna 500. ducat. auri de mera indulgit *Urbanus VIII. in constit. 34. §. 6. p. 79. quod tamen ex iustis causis revocavit idem Urbanus VIII. in seq. pag. 80.*
- Computa, & Computatores.*
- Computa Cisterciensium Congregationum Lombardiæ, & Tusciæ, quando, & ubi, & per quem facienda, *Urbanus VIII. const. 150. pag. 224.*
- Computa Cellerarii, & aliorum Ministrorum Cisterciensium prædictorum, quando, & à quibus revidenda, & quid post revisionem agendum, *ibidem.*
- Computa introitus, & exitus Monachorum Casinensium quibus per Cellerarios exhibenda, *Innocent. X. in seq. decreto ad 60. §. 3. pag. 491. quod confirmat Alexand. VII. constit. 9. §. 6. pag. 12.*
- Computa œconomix per Camerarios Capitulorum Ecclesiarum quando facienda, & quibus exhibenda statuit *Alexand. VII. const. 34. §. 3. pag. 52.*
- Conceptio B. Mariæ Virginis.*
- Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ festum in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum celebrari posse indulgit *Urbanus VIII. constitut. 156. §. 2. pag. 232.*
- Animam B. M. Virginis in sui creatione, & in corpore infusione à peccato originali præservatam fuisse sententiam asserentem innovat *Alexand. VII. const. 144. §. 4. p. 152.*
- Conceptionis B. M. V. officium cum octava de præcepto recitare, & missam celebrare posse Societati Jesu indulgit *Clemens IX. const. 9. §. 1. pag. 250.*
- Conceptionis Immaculatæ B. M. V. cum octava in Urbe, & universa S. R. E. temporali ditione officium recitari, & missam celebrari de præcepto mandavit *Clemens IX. const. 132. §. 1. pag. 254.*

Conceptio

- Conceptionis B. M. V. officium, & missam ex præcepto recitare, & celebrare Fratribus Eremitarum S. Augustini iussit *Clemens IX. const. 16. §. 1. pag. 256.*
- Concessiones.*
- Concessio signata per verbum *Fiat*, præfertur concessioni per verbum *concessum*, *Urbanus VIII. constit. 6. reg. Canc. 34. p. 29.*
- Concessiones, & dispositiones quorumcumque officiorum Romanæ Curia factas, etiam titulo oneroso, irritat *Urbanus VIII. const. 21. pag. 58.*
- Concessio officiorum ad plurium vitam, & coadjutoria cum futura successione non datur, *Urbanus VIII. const. 30. §. 1. p. 71.*
- Concessiones diversorum officiorum, privilegiorum, exemptionum, gratiarum, in præjudicium Camera Apostolicæ emanatas revocavit *Idem ibidem. pag. 71. & seq.*
- Concessiones, & gratia vivæ vocis oraculo etiam à S. R. E. Cardinalibus obtentæ, & ipsorum manu firmatæ, sæpe ab his, in quorum favorem emanant, minus canonica interpretatione extenduntur, *Urban. VII. constit. 157. §. 2. p. 232.*
- Concessiones, & gratias vivæ vocis oraculo factas quascumque irritat *Urban. VIII. const. 157. §. 2. p. 232.*
- Concilium Tridentinum.*
- Concilium Tridentinum circa præscriptionem elemosynarum exigendarum ab iis, qui sepeliuntur in Ecclesiis Fratrum S. Francisci de Observantia in Indiis à propriis Parochis declaravit *Urbanus VIII. const. 22. pag. 55.*
- Concilium Tridentinum servandum in electionibus Superiorum aliorumque officialium Regularium statuit *Clemens VIII. ut & Urbanus VIII. constit. 28. §. 36. pag. 66.*
- Concilii Tridentini decreta circa ætatem sunt servanda in promovendis ad sacros ordines Fratribus Prædicatoribus, *Alexand. VII. const. 140. §. 3. pag. 196. & seq.*
- Concionatores.*
- Vide in Verbo Prædicatores.*
- Conclave, Conclavista.*
- Conclavista, qui interfuerunt Conclavi, in quo electus fuit Pontifex *Clemens IX. quibus donati sunt indultis habes in Clementis IX. const. 3. pag. 236. & seq.*
- Conclavista qui interfuerunt S. R. E. Cardinalibus, in quo ad Summi Apostolatus apicem fuit electus S. D. N. *Clemens X. sunt familiares Papæ, Clem. X. constit. 2. §. 1. p. 293.*
- Conclavista prædicti creantur Notarii, Comites, Nobiles, & Cives cujuscumque Civitatis, quam eligerent, *ibidem.*
- Conclavistas prædictos à solutione decimarum, pedagiorum, aliorumque onerum, tam ordinariorum, quam extraordinariorum exempt, *ibidem §. 2.*
- Conclavistas prædictos remissi sunt fructus Ecclesiastici indebite percepti, *ibidem §. 4.*
- Conclavista prædicti sunt legitimati, *ibidem §. 4. pag. 294.*
- Conclavistas prædictos literæ expediuntur gratis, *ibidem §. 6.*
- Conclavista prædicti sunt habilitati ad successionem, exceptis bonis feudalibus, emphyteoticis, Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia provenientibus, & sine præjudicio venientium ab intestato, vel alia legitima dispositione, *ibidem §. 5.*
- Conclavista prædicti sunt dispensati ad dignitates, officia, ordines, & beneficia, exceptis majoribus post Pontificalem, ac Principioribus in Collegiatis, seu cumulative negatis à Concil. Trid. *ibidem.*
- Conclavista prædicti usque ad summam ducat. 200. pensionis non tenentur gestare habitum, *ibidem §. 8. pag. 295.*
- Conclavistarum bona sunt exempta à spoliis, *ibidem.*
- Conclavistarum prædictorum dispositiones bonorum confirmantur per Pontificem, *ibidem.*
- Conclavistarum prædictorum privilegia exempta ab infinuacione, *ibidem §. 10.*
- Conclavista si dispensatio super omni inhabilitate etiam quod celebraverint censuris ligati, ut promoveantur ad omnes ordines: dummodo non in contemptum clavium, *ib. §. 4. p. 194.*
- Conclavi Governorator pro causis civilibus, & criminalibus Burgi quos deputet, *Clem. IX. const. 6. §. 10. pag. 247.*
- Concordia.*
- Concordiam inter Fratres Discalceatos S. Francisci de Observantia Provincia S. Joannis Baptistæ in Hispania initam confirmavit *Urbanus VIII. constit. 129. §. 8. pag. 196.*
- Concordiam inter Archiepiscopum, & Capitulum S. Ambrosii Mediolani, necnon inter Abbatem ejusdem Ecclesiæ initam confirmavit *Urbanus VIII. constit. 140. §. 4. p. 213.*
- Concordiam initam inter Fratres Discalceatos Provincia Sancti Joannis Baptistæ in Hispania Ordinis S. Francisci revalidat *Urbanus VIII. const. 199. §. 2. pag. 282.*
- Concordiam inter Fratres stricioris observantia Sancti Francisci Provincia Principatus, & Patres Custodia Terræ laboris initam servandam jubet *Urbanus VIII. constit. 229. §. 3. pag. 309.*
- Concordiam inter Fratres Calceatos, & Discalceatos Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum initam circa hujusmodi ministerium declarat, & observari præcipit *Urbanus VIII. constit. 255. §. 5. pag. 334.*
